HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 26r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26020
Copyright: Admont, Benediktinerstift



simus igneis cultris in me irruerunt. et unus a capite alius a pedibus in-
cipiens me euiscerare ceperunt. Et cum nec simul conuenerunt morior: et ad
inferna ab eis rapior: In hac uoce miser miserabiliter moriens trahitur
ad tormenta. quia uiuens neglexit penitentie medicamenta. Hoc ideo
uobis retuli fratres et domini mei. ne dum bene possitis differatis ad bonum conuerti.
Vos nec hortor quod mercatores estis ne in tantum terrenis Ad mercatores.
lucris inhietis. ut animam uestram uenalem faciatis. et eam fraudibus per
iuriis. et mendaciis perdatis. Cauete ne simplices et ignaros decipiatis.
ut eis inutile pro utili uendatis. Omnium nationum ministri estis dum
eis periculis fluminum. periculis latronum. periculis inimicorum. periculis insolitudi-
ne. queque necessaria defertis. Itaque omnes gentes debitores sunt uestro la-
bori orones reddere. quam gratiam kmi non debetis uili re amittere. Ne hec
uerba uento dentur. hoc exemplo in cordibus uestris solidentur. Quidam so-
litarius petiit a deo sibi reuelari. cui in premio deberet coequari. Cui
diuina uox retulit. quod non dum ad mensuram mercatoris nec ad se uenien-
tis peruenit. Huius mos erat quod quilibet rara deo seruientibus deferebat.
et tunc uisitare fratres nauigio ueniebat. Cui solitarius occurrens dixit cur
in fluctibus uagaretur. cui firma mansio in celis a deo prepararetur. Sta-
tim naui cum omnibus relicta. solitario ipse solitarius cohabitauit. usque
dum chorus angelorum labore finito eum in celesti gremio collocauit.
O quam feliciter negociatur. qui sibi celestia mercatur. Ad rusticos. Vos quoque fratres
et socii mei qui agrum colitis pedes ecclesie estis qui eam pascendo portatis.
Sacerdotibus debetis obedire. de salute anime uestre monentes libenter
audire. terminos agrorum non arando uel metendo excedere. non fenum. non ligna.
non in statutis terminis succidere. decimam omnium rerum uestrarum deo fideliter
reddere. Qui enim decimam retinuerit. predam de rebus dei facit. Et si deo partem
suam rapiet. deus ei nouem auferet. non per tempestatem. nec per siccitatem. non per
grandinem. nec per uredinem. non per pestilentiam. non per iudicium. uel militum uiolen-
tiam. non per ignis inuasionem. nec per furum uel latronum direptionem. Hec omnia
kmi a uobis auertitis. si elemosinam pauperibus et decimam deo seruientibus
iuste redditis. Vt hic sermo mentis uestre firmiter radicem figat. palus huius
exempli eum fortiter in primat. Quidam agricola diuturno languore
laborabat. si quando alleuiabatur agrili opere instabat. quo se et coniugem suam et
paruulos pascere curabat. Hic erat tam tacitus. ut putaretur mutus.
Post longam infirmitatem moritur. et eo moriente maxima tem-
pestas oritur: Vnde omnes capita mouentes hunc pessimum dicentes. cui
uita sanitatem. mors sepulturam denegaret. ac fetor eius homines nec